



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Corollarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE
COROLLARIVM.

Omes filij Adæ sunt idololatræ, & primi huius pcepti rei. Verum sciendū, q̄ idololatriæ duo sunt genera. Alterū exterius, alterū interius. Exterius, quo hō lignū, lapidē, bestias, stellas adorat, ut notū est ex Vet. test. & libris gentiliū. Hoc aut̄ procedebat ex interiori. Interius, quo homo uel timore pœnæ, uel amore cōmodi affectus, foris quidē omittit culturā creaturæ, sed intus manet amor & fiducia in creaturā. Quæ est em̄ religio, nō flectere genua diuitijs & honoribus &c. & tū cor ac mentē, nobilissimam sui partē offerre illis: hoc est, deum adorare in corpore & carne, itus aut̄ adorare creaturā in spiritu. Hæc idololatria dominat in omni homine, donec sanet per gratiā in fide Iesu Christi. Sicut dicit Psal. lxxx. Audi populus meus & cōtestabor in te, Israhel si audieris me, Non erit in te deus recens, nec adorabis deum alienum. Quod est dicere, Tuis studijs & uiribus nunquam eō peruenies, ut deum alienum non adores. quia et si nō coles imágenes, corde tamen mihi præferes creaturam. Tunc autem non adorabis alienum, si me audieris, id est, fides uerbi mei te faciet fibetur a dijs alienis, & uerum cultorem dei. Hęc enim abstrahet te a cupiditate & fiducia rerum, & trahet ad creatorem.

Quomodo fiat istud?

Ita fiet, Fides Christi tollit omnē fiduciā sapientiae, iustitiæ, uirtutis propriæ, docēs, quod nisi ipse pro te mortuus esset, teq̄ seruaret, nec tu, nec omnis creatura tibi posset prodesse, ac sic oritur om̄ contemptus. At ubi audis q̄ pro te passus est, & credis, iam oritur fiducia in eum, & amor dulcis, & sic perijt om̄is rerū affectus ut inutiliū. Et oritur aestimatio solus Christi, ut rei necessariæ uehementer, remansitq; tibi nō nisi solus Iesus, solus satis & sufficiens tibi, ita ut de omnibus desperas unicū habeas hunc, in quo omnia speres, ideoq; super omnia eum diligas. At Iesus est uerus, unus, solus deus, quem cum habes, nō habes alienum deum. Iudæi uero timentes ne alienum deum haberent, si hominem Christum adorent, eo peius adorant alienū deum, scilicet idola cordis sui, q̄ sibi de deo fingunt. Recte ergo dicit, si audieris me, quasi diceret, impossibile est ut non adores alienū, si non audieris me, quia non humiliaberis, nec auferet tibi fiducia creaturæ. Non humiliatus autem, non adorabis me, sed te & tua.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

Clare ergo patet, quod nemo implet hoc præceptum, nisi cre-
dens in Christum, sperans, diligens, nudatus ab omniū rerum
affectu. Quod sine gratia dei est impossibile.

At sunt multi, qui cum interrogantur, an alienū deum habe-
ant, & idololatræ sint, constanter respondent, qđ nequaquam. Hos
ut deprehēdas manifesto mendacio, id obserua. Num sint rebus
ita mortui, & in Christo ita securi, ut ne diuitijs inflent, nec pau-
pertate deiijciantur, nec honore tumeant, nec ignominia marce-
scant, nec uita lætentur, nec morte terreatur, nec uoluptate gau-
deant, nec passionibus tristentur. Et prorsus ita sint ad utrūq; im-
moti & quieti, ut quoquo modo illa cadant, satis eis sit, quod
Iesum Christum habent, immo ut paupertatem, ignominiam,
passiones, mortem ament & optent, diuitias, gloriam, uolupta-
tem, uitam fastidiant præ desyderio sui dei Iesu Christi. Sicut ille
Psal. xliv. Quemadmodū desyderat ceruus ad fontes aquarum
&c. Et sponsa in Canticis, Filia Hierusalem, nunciate dilecto,
quia amore langueo. Et Paulus, Cupio dissolui & esse cū Chri-
sto. Qui uero hunc in se affectum nondum sentit, confiteatur se
nondū esse purum dei cultorem, sed multa mixtū idololatria,
quia dolet, cupit, amat, odit, non sicut debet, nec ea quæ debet.
At hic dicitur, hæc pertinent ad perfectos, nō ad omnes, non est
necessaria tanta perfectio. Respondeo. Et nos scimus hoc esse p-
fectorum (id est, nō ludæorum, sed Christianorum) Non quod
damnati sint omnes, qui tam perfecti nō sunt, sed quod ista me-
ta & finis est nobis propositus, a cuius assecutione nemo excusa-
tur, nisi is, qui cum gemitu agnoscit, & cōfitetur sese non esse ta-
lem, & quotidie laborat, ut fiat talis. Et quod minus facit humili-
liter petit ignosci, dicens, dimitte nobis debita nostra. Et illud,
Cor mudū crea in me deus. His inquam timoratis, & cōfidenti-
bus, quærentibus, potentibus, nō imputatur ista idololatriæ suæ
mixtura, propter Christū, in quem credunt. Illis uero, quisine timo-
re, sine sollicitudine proficiendi in securitate stertūt, omnino
imputatur, & sunt uere idololatræ. Nec excusabuntur, quod nō
sit necesse esse perfectum, quasi præceptum illud lapidibus aut li-
gnis, ac non potius hominibus sit positum, & ita implendū ple-
neatq; perfecte, ut nec unum iota, aut unus apex sit p̄tereundus.

Pro clariore notitia, ita ut infirmiores possint capere, qui &c

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE,

quomodo contra hoc præceptum peccent, latissime ponam exempla, non tamen omnia (nisi uelim infinitum numerare) sed multa, ut eorum comparatione possint reliqua facilius intelligi.

Primo, Sunt aliqui adeo rudes, ut uideatur diabolus nō serio sed uelut moriones suos ioco illudere, inter quos sunt, Sortilegi diuini, malefici, incantatores, superstitionis. Et horum multiplex species, sed in compedium eos redigam, atq; ut facilius teneantur memoria, iuxta æstatum differentias distingua.

Prima est Adulescentia per se procluvis in seductionem hostis. Primo sunt, qui conceptis uerbis, certisq; signis nouerunt conse crare, id est, execrari, gladios, tela, boardas, & omne ferrum, ita ut non possint lædi ab illis, siue in bello, siue alias. Vidi ipse ego adulescentē, qui stricto gladio, in uentre nudū fixo, tam ualide urgebat aduersum seipsum, donec caput reflexus copulare tur acumiñi sup uentre, & nihil læsus, gladiū rursum remisit.

Secūdo, Qui pñt hæc soluere, circulo descripto, ductisq; in puluere signis, & ita alter alterius sacramēta irrita faciēs, se se occidūt.

Tertio, Sunt qui literas, aut characteres super uitru scribunt & ad ignē ponunt, torquere soliti hac machina puellas ad sui amorem. At illæ rursum, aliæ ollā ad ignē ponentes, suos Adonides pmulta miliaria, uocare possunt. Aliæ caput asini in medio foco ponentes urgent ad se uenire quotq; uolūt, sui mysterij uel & mulos uel cōsortes. Et mirū dictu, qd nō sit salus nec remissio uenire coactis, donec igni potiri eis licuerit, asinini capitis coctore.

Quarto, habentur literæ, multis sacris & uerbis & signis repletæ, quas Carolo dicunt a Leone papa missas in bellum, quod ultra uanitatem, etiam mendaciū est, ut ex Chronicis patet, cum nō fuerint synchroni Leo, & Carolus. His tamen tantum tribuunt, ut nec occidi, nec lædi, nec iniuriam pati possit, qui illas portauerit, ita ut præsumant, & inquis causis uictorias forentes.

Quinto, obseruat mēses pro uxore ducēda. Alij ne nascat pro Ies, alij cōtra ut ple abūdent. Ita nō deo, sed mēsibus tribuūt hoīs creationem, infœlici insipientia, & tñ sunt libri his nugis referri.

Sexto. Sacra illa cæra, paschalis cærei, a multis furtim abciditur, nescio in quot & quanta uel maleficia, uel superstitiones.

Septimo, Sunt qui accepta aqua bñdicta, cū pculis suis sperant se in formicario ouum inuenturos, qd gestantes sint inuisibiles.

PTIS DECLAMATIVNCVLÆ POPVLARES.

Ostatio. Furem querunt, dum suspecta nomina in chartulis inscripta, iacent in aquam benedictam, ut cuius nomen in ima tuat, ipse sit fur quæsusitus.

Nono. Vxore ducta, stultis obseruatiōibus intendūt, uter utri sit supuicturus, ut qui prior obdormiat nocte prima, prior morietur. Item uxor primo ingressu domus uiri, superius limen tāgat manu, adiunctis uerbis, quibus se dominā uiri diuinet. Secundū hæc iudicent similia, quanq̄ sint stulta magis q̄ mala, & ludus dæmonū, ut dixi, uideſt, sed qui tandem in nimiu serium uergat, scilicet, ut assuescat ijs minutis in creaturam cōfidere, & inde nec in magnis deo credant. Excusant se sane, quod sint sacra signa, sacraq̄ uerba, quasi non ideo magis sunt accusandi, qđ rebus, signis, uerbisq̄ dei, in re prophana & diabolica utantur.

Secunda est, Iuuentus, & eorum coniugio iam sunt astricti, ubi affectus prolis & rerum, mulierculas mire seductiles reddit in hoc opere diaboli.

Primo. Curare nituntur infantes superstitionis quibusdā ritibus. Nam sunt, qui fascinatos curant pueros (quod malū apud nos frequentissimū est, adeo abundant pestilentes uetulæ, & demonū ancillæ in hunc usum) ignoto quod dā morbo, quē Teutōdie elbe, uocant. His quidā sacerdotes & editui rusticani a magis meretricibus edocti, literas scribunt pensiles ad collū. Sed nō cōmuni atramento neq̄ papyro, nec omni die, nescio an & calamo & pulpito & loco usuali, habet em̄ res ea sua occulta mysteria, & fit tñ quod faciunt, quia credunt. Alij aliū morbū, quem Teuto, das hertzgespanst, id est, pectoris distensionē, quem eo p̄bant argumento. s. si mensura a cubito ad cubitū, non sit equalis mensuræ, a poplite ad collū pueri. Deinde nescio q̄t modis murmurādi cingulo metientes, capitis dolorē mitigent, sic & alios oīm membrorū dolores. Hic ego uellem pueros intelligere & loqui ut matres suas, tam insignis iustitiae arguerent. Non enim est dubiū, quin resisterent, & sapientiores se matribus pbarent.

Dicunt aut̄, Quis non misereatur infantis & filij uteri sui: Respondeo. Miserendū, sed non usq̄ ad seruitutē diaboli, uel natualem quære medicinā, uel deum exora in simplici fide. Cur eū quem deus creauit, diabolo seruandum & sanandū offers: Verum deus ad tentationem incredulorum permittit talia fieri in

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE.

infantibus, per maleficos, ut diabolum querant, qui deum neglexerunt. Neque enim dubitandum est, infantium eiusmodi vexationes, quandoque non esse naturales, sed dæmones per maleficos adiurati, ita cruciant parentes eorum, occulto dei iudicio, sed iustissimo, ut probet fidem, uel illo & uel aliorū, aut utrosque puniat.

Secundo. patres insufflant paruulis in palatum, uel guttur, ne scio quo morbo laborantibus, adducunt autem uerba ad adiurationem idonea septem uicibus.

Tertio. Qui pecora signant atque sic seruant a lupo, peste, aqua, igne, quin totam ciuitatem uel domum ab incendio possunt ita seruare: In felix lupus, iuste queri potest, portionem suam a deo datam, sibi erexit per dæmonum foederatos. Si Iob ita fecisset, sua pecora seruasset, sed non a deo laudatus esset.

Quarto. Eadem religione fructus in agris & hortis consignant adeo stulti, ut qui imbreu & incrementum ex deo acceperunt, custodiam ex diabolo petant, uelut contra deum pugnantes, ne auferat, quod dedit.

Quinto. Ignem & aquam item serpentes nouerunt adiurare, ne pecori noceat uillo modo, id est, ut res eorum non sit subiecta deo.

Sexto. Infirmi dum uouent sanctis uota, deinceps peccatum patient medicinis uti, ut si tentent deum suis stultis uotis. Atque si qua mulier inuncta fuerit olei sacramento, eam per annum non nisi in gris uestibus oportet uti, non saltare in chorea, non dormire cum marito. Adeo diabolus familiare habet organum, sexum istum feminum, ut ipsum in sua sacra asciscat, per ipsum suas leges dicit suas superstitiones seminet, per omnia contrarie deo, qui sacra & sacerdotium & uerbū suum, uiris imponit. Verum longe praeualeat sacerdotium istud muliebre, repleteque has terras innumeris superstitionibus, benedictionibus, documentis fruolis. A quibus longe plus timent, quam a legibus & sacris, sacerdotij uirilis ac diuini.

Septimo. Huc pertinent qui ominationes, auguria, ut crocataum coruorum & aliorū, gentilium portentorum reliquias uel exempla, obseruant.

Octauo. Qui dies Aegyptios obseruant, in profectionibus, in reditu, in ædificijs, in negotijs, in uestibus nouis induendis. His sic crederent, quod ignis in hyeme gratior est quam in æstate. Item quod in æstate conuenit fœnum facere, fruges colligere &c. recte cre-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

derent. Aut quod omni mane bonū sit exire, si quis sanus sit & necessitatem habet, Malum autem, si ægrotus sit. Quid enim aliud meretur illusor ille diabolus, q̄ ut rursum & nos eum rideamus? His non longe iunguntur, qui incisionem uenarū, ablationē puerorum, salubritatem balnearū, & opportunitatē seminandorū, nō ex humorū & calorū opportunitate, uel corporū necessitate, sed ex influentijs planetarū & stellarum, nos docent. Cum optimi medici doceant, necessitatē hic esse unicā regulam. Nisi forte parant nos fame occidere, dum non permittunt nisi paucis diebus nos seminarē. Sed bene habet, qd iste nugae a nullis uel paucissimis (deo melius cogitante pro nobis) obseruantur.

Nono sequit̄ lauta illa Astrologia seu Mathematica, quæ ualde cupit esse scientia, sed non potest stultitiā ingenitam exuere. Hæc est quæ nos docet, Quis, qualis, quantusue sit futurus, quisque natus fuerit in horo scopis signorum, consiliarij scilicet diuinū secreti, nec angelis noti. Vnū ego miror, quidnā illis acciderit, ut non inuenient stellā, q̄ portendat, quis iustus, q̄s peccator sit nasciturus. Quandoquidē suos horoscopos maxime in hominibus ualere uolunt, tum nō est res tam parui momenti, iustitia, peccatum, ueritas, mendaciū, sed nec tam rara, q̄ sit balneator, cantator, trapezita, pescator, orator, amator, qui suos habet horoscopos. Cur ergo nullū ibi iustitiae & ueritatis signum? Aut sī est, Cur nunq̄ sorritur effectum? Siquidē omnis homo nascitur peccator, mendax, insipiens, licet nulla stella ad hoc fatum sit constituta, nec mutatur unq̄, nisi supercœlesti gratia uisitetur. Aut eff̄ cœlum adeo infestum & incuriosum iustitiae & ueritatis, ut uisissima balnea influat & ludos & Veneres, iustitiam aut omnia nesciat? Aut tam inuidus creator, qui nullum signū boni, sed tantū modo mali cōstituit, q̄tippe cū nullus homo nascatur bonus, sitq̄ natura sua cū influentijs p̄seueraturus malus. Hos ego inter subtilem fatuos numerassem, nisi rudibus essent rudiores.

Sed pulcherrime soluunt obiecta. d. Influentiæ nō necessitatē sed inclinant ad peccatum &c. quasi non sit id ipsum imp̄issimum sentire, quod deus fecerit creaturā ad inclinationem peccati, & nō potius ad erectionem iustitiae, ut omnia cooperentur in bonum, nō in malū, hominibus. Aut quasi ullus hominē necessitate compulsus peccet, & nō potius semper inclinatiōe. Quis iniquitū

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRÆCE^{TA}

dicit peccare: Omnis mala inclinatio, nō extra nos, sed in nobis est. Sicut ait Christus, De corde exeunt cogitationes malæ. Non quod intrat in hominē &c. Et B. Iacob. Vnusquisq; tentat a concupiscentia sua abstractus & illectus, quæ non fato, sed origine peccati uenit. Omnia enim, quæ fecit deus, bona sunt. Ideo ex natura sua, nō pñt nisi ad bonum inclinare. Quale est unūquodq; tale & operatur. Quod autē ad malum seruiunt, non est natura sed iniuria eorum, sicut Paulus ait, Omnis creatura subiecta est uanitati non uolens. Illi autem naturam eorum faciunt uanitatem, uolētes ex institutiōe dei illa habere, ut ad peccandū inclinēt. Cur ergo Adam & Heuam ante serpentem non inclinauerūt? Cur non Christum: cur non Virginem: Pereat ea blasphemans impietas. Vox illa, vox patris Adam est, qui & ipse suam inclinationem ad mulierem trāstulit, id est, creaturā dei. d. Mulier, quā mihi dedisti &c. Verū quam egregie mihi obstarēt, si ullum sanctoru, uel martyrum his usum esse, aut scripsisse, aut approbasse possent ostendere. Nunc autē non modo nō approbauerūt, sed etiā reprobauerūt, præsertim B. Augustinus in multis locis, tū B. Gre. Et tū inuenit ista lāguidula insipiētia, lāguidiores q; credat.

Abraham inquiunt docuit Aegyptios Astrologiam, ut testis est Ioseppus, quasi Ioseppus nusquam excesserit uerū, præsertim tam anhelitus Iudaicę glorię appetitor. Abraham sine dubio docuit Aegyptios deū colere, & uerā dei sapientiā. Sicut & de Ioseph dicit Psal. ciiij. Ut erudiret principes eius, & senes eius prudentiā doceret. Non est credendū, sanctos illos uiros, nec astrenomia, multominus astrologia operā dedisse, quæ iuuentutis sunt studia otiosa. Sed Ioseppus uidens huius scientiæ opinionē apud Græcos extollī, & in gloria esse, singere uisus est uoluisse, quō etiā in hac re Iudæi Græcis nō impares, sed supiores essent, qd in oībus alijs q; facere conatus fuit, q; ad uanā gloriā p̄tinēt.

Deinde mirum est, dæmones non fuissent aliquando mutatos qui tot seculo & influentijs subiecti, tum propiores quā nos, ut pote in aere habitates, sunt. Non autē uenisse stellarū influentijs super eos, aut easdē stellas, eodē modo eis fulsisse, absurdū uidet. Manent em̄ obstinati in sua peruersitate, nec ullo signo mutant cū nostrę aīę breuissimo momēto influentiarū mutari dicant.

Vltimo. Quid ad Mosen dicemus Deutero. quarto. Ne forte

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

eleuatis oculis ad cœlum, uideas solem & lunam, & omnia astra cœli, quæ creauit dominus deus tuus in ministeriū cunctis gentibus &c. Si in ministeriū, quomodo in dominiū? At subtiliter e uadūt, dicentes autoritate sui magistri Ptolomæi, Sapiens dominatur astris, ideo præuenire & impedire potest influētias stellarum. Ergo nō sunt in dominiū sapientibus, sed insipientibus tantum: Quid aut̄ Moses, cunctis, inquit, gentibus in ministeriū? Si cunctis, ergo uel cunctæ gentes sunt sapientes, & ita dominatur astris omnes, uel aliquæ tantummodo sunt sapientes, & fiet ut non cunctis gentibus sint creata in ministeriū. Vel Moses uerax, & tu mendax. Ut omittam quod si etiam uere sapiens esset dominus astrorum, nihilominus falsum dixisset Moses, utpote quod astra nō ministrarent sapientibus etiā, sed magis impediunt ita ut nisi illi sapientia præstarent, nō possint earum fata uitare. Non ergo in ministeriū, sed in bellum sapientibus, & in dominium atq; tyrannidem insipientibus, dicendę suissent stellæ creatæ. Quod est & Mosen mendacijs arguere, & deum crudelitatis accusare, omninoq; blasphemare. Sed hæc alij latius tractarunt. Sat sit indicasse uanitatem hanc prohibitam. Hierem. decimo. Iuxta uias gentium nolite dicere, & a signis cœli nolite metuere Solus enim deus timendus est in omnibus. Cetera omnia ut ministeria in bonum electis cooperantia esse, debemus intelligere.

Tertia ætas proprie est ueterularū, aut similia illis operantiū, ut qui cū dæmoniū paciscunt, de quibus passim habetur notitia

Primo. Maleficijs possunt oculos lädere, & excæcare, corpora infirmare, sagittare crura, imaginibus deuouere, & prout libet uel occidere, uel lenita & incurabili plaga tandem consumere, ut uidi plures talia passos.

Secundo. Possunt tempestates, tonitrua cōcitare, perdere fruges, occidere pecora. Item butyrum, lac, caseum alijs furari, id est ex poste uel bipenne, uel mantili mulgere.

Tertio. Huc pertinent, qui scientiā quærunt per artem Notarium, de qua in iure satis dicitur. Item, Qui occulta quærunt per Crystallum, unguem, uel eburneū capulum, tamen prius consecratum. Nec id possunt, nisi puellæ uel pueri uirgines, in circulo inclusi, ne desit species bona pessimo illi operi. Dicitur ratiōne huius inspectionis mysteriū fallacissimū esse. Huius generis sunt, q

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

uirga diuinationis, occultos quærūt thezauros, Maxime aut̄ h̄i
quos uulgo uiros & mulieres sapientes (id est, Magos & Phyto
nissas) uocant, quoꝝ oracula ex diuersis & longinquo locis petūt.
Si q̄s aliquid amiserit, uel q̄d cūq; passus fuerit, cuiꝝ ignoret autho
rē. Mirū hos, ab Episcopis pmitti, impune talia publice audere.

Quarto. Creditur a multis, quod equitent super scobam, aliꝝ
super hircum, aliꝝ super alias nugas, ad quendam locum, ubi ad
conuiuium conueniant eius mysterij consortes, quod non solū
prohibitum est fieri, sed etiam credi, uerum esse, ut infra latius;
Sicut & illud, quod uetulae mutentur in feles seu catos, & nocte
uagentur, prohibitum est credi, uerum esse.

Quinto. dicitur apud aliquos, quandam dominam alios He
rodiadem, alios dominam Hulde, alios Venerem, per annum
circumuehi, ac uelut lustralem Februum peragere, quae hospiti
bus suis relinquat, uel carbones, uel quisquilias currus sui, quae
postea inueniuntur esse aurum & argentum, ut etiam in latina
lingua sit prouerbiū de carbonibus & auro, hinc forte natum.

Sexto. Habent quidam domesticos quosdam dæmones, ue
luti Lares familiares olim habebantur, qui aliquando per diem
apparent. Hos uulgo uocant aliꝝ vichtelen, aliꝝ helckeppelin. Et
creditur domus fortunatissima esse, quae talibus dæmonum il
lusionibus occupata fuerit, & plus timent offendere eos dæmo
nes, quam deum & totum mundum.

Septimo. Aliquæ ut diabolum inueniant, Ecclesiam circuime
unt uersis uestigijs, & contra quam solitum est fieri. Et inuento
illis obuio sele tradunt ei in pactum. Ex horū genere esse putan
dæ sunt, quæ malū omen esse putent, si mane obuiū habuerint
sacerdotem, signant eñ sele cruce, ne mala eius diei incurvant, q
primo occursu sacerdotis sibi portendūt, mḡo diabolo, futura

Octavo, sunt Incubi & Succubi dæmonū, de q̄bus latiꝝ statim
Nono, etiā usq; ad sacramentoꝝ iniuriam proficit ista nequi
tia satanae. Sunt eñ, qui baptizandis pueris, uerbena, caseum, ne
scio deniq; quę nam alia, alligat. Et quidē uerbena illa, nomina
tissima est superstitionū ministra, miris ceremonijs hanc effodiunt
deinde cōsecrari faciunt. Et horreinda temeritate tot noia dei &
sanctor̄ sup eam inuocant. s. ex aliquo Iudæo p̄stigioso seduci.

Omitto hic menstrua mulierū, quibus aliquæ, philtra insani

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

amoris, s̄epius mortis consciunt. Aliquæ in cibum porcorum miscent, quo saginentur fœlicius. Omitto quod infantibus, tabe uel macie laborantibus, ita solent consulere, ut positos in caldere, igne supposito in aqua calida modeste coquant, alia fœmina astante, alia circum domū ter currente, & per foramen interrogante, quid coquis, illa tum respondentē, coquo carnem uete tem, ut noua fiat. Item, quod ablactatos eo periculo, timent relatare, qđ pueri exinde sint futuri maledici, & linguae malignæ.

Omitto mōstra q̄ agunt in piculo partus. Religiosissimæ legēdam S. Margarethæ legūt, & ipsi passioni Christi præferūt. Alię femorale uiri, paturiēti in collo suspendūt, alijsq; nūgis delirant.

Sunt præterea stultæ quædā, quæ cū ioco se aliquoties dictum audierint, si quid amiseris, & reperire uolueris, da eleemosynā calidam, scilicet similam, & pone salem benedictū desuper, & mox inuenies. Quod ille ludens sic uoluit intelligi, pone salem desuper, scilicet super rem amissam & inuenies. Illæ uero intelligūt super similā. Non qđ hæc magna sint, sed quod indignū sit diabolū sic eleemosynas & salem benedictū in ludibriū uertere. Eiusdē sapientiæ mulieres sunt illæ, quæ simili ioco illusæ, frondes illas, quæ in die S. Marci, per viā processionis prostratæ fuerunt, accipientes, super sata pisore & fabarū uerrunt, scilicet, quia dicitur, qn̄ talibus frondibus uerruntur sata, salua erunt, ut gallinæ, aut uolucres cœli, ea nō tollant. Non intelligentes, qn̄ id est eo tempore quo uerrunt, nō facturas id uolucres. Et quis huius seductijs sexus oīa ludicra, ridicula, falsa, uana & superstitionis re censeat. Ex prima Heua eis ingenitū est, falli & ludibrio haberī. Ex ijs similia pensentur. Sed quia sunt qui horū aliqua fieri posse non credunt, alijs nimis credunt, ideo parumper de ijs uidendū.

Primū. Non credunt aliqui, posse Magas & Phytonissas istas tantum, ut tempestates commoueant, corpori noceant, pecoribus, rebus, filijs malum inferant &c. Habentes hanc suæ sententiæ causam, quod non credunt eas, in creaturis dei habere tantā potestatem, nec dæmonibus tanta a deo permitti. Et tamen, cū sic omnia a deo inferri credant, non ad deum confugiunt, talia quædā passi, ideo p̄suadendi sunt ut sciant dæmones talia oīno posse, permittente deo. Quod ex scriptura satis probari potest.

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

Primo. Job primo. Vbi ignis de cœlo cecidit, & pecora cū seruis occidit. Et uentus irruit & domū euertit, filiosq; eius oppressit. Item, tandem in corpore eius percussit ulcere pessimo. Nouissime aut in anima eum tentauit, grauissima desperationis tentatione. Et tñ textus ibi clare exprimit utrūq;, scilicet qđ diabolus hæc operatus fuerit, accepta licentia a deo. Et qđ deus hæc eadē fecerit, sicut ibidē dicit; Ignis dei cecidit de cœlo &c. & ipsemē infra, Dominus dedit, dominus abstulit &c. Cum tñ dominus ibi dicat ad diabolū. Ecce in manu tua sunt om̄ia quæ habet, & ipse, tantū ne in animā eius extende manū. Si ergo ignem & fulgura de cœlo potest Satan iacere, & tanta mala facere, deo permittente, cur nō & nunc idē non possit, ad pactū suū adiuratus?

Secundo. Aegyptiorum plagas, per angelos malos esse factas testatur Psal. lxxvij. Misit iram & indignationem, immisiones per angelos malos. At illæ plagæ fuerunt maiores, quam nunc faciant ullæ maleficæ.

Tertio. Quot obfessi recitant in Euāgelio: quot animas quotidie occupat erroribus & peccatis? An minus est, animam immortalē perdere, quā membrum moriturū, aut aerem uexare?

Quarto. Nonne omnes sanctos martyres, ipse persecutus est & occidit: Deniq; ipsum dominum assumpsit, & de deserto in montem, de monte in pinnaculum templi transtulit. Item cum Michaele & angelis eius pugnat.

Quinto. Passio Christi hæc oīa fortius probat. Si em̄ filius dei tanta sustinuit a dæmonib; & mēbris eorū, qđ mirū, si horrea nostra possit destr. & mēbra p̄cutere, eadē permissione dei:

Sexto. Illud uide, quomodo deus dat tā multis malis homini bus potestatem abutendi rebus, diuitijs, potestate, dominio, in aliorū perniciē & suum peccatū. Multo magis demonibus permittit rerū abusum cōtra nos, siue ut puniat, siue ut erudit nos. Verum est autem quod sine dei permissione nec folium arboris mouere possit, quia ut Christus ait, Sine uoluntate patris sui, nec arboris foliū cadit in terrā. Ideo Christianos oportet nosse hæc mala per demones & magas suas quidē inferri, sed tamen a deo sic ordinari. Bonū facit deus per seipsum, malum per malos. Vn de lob(ut B. Augu. ait) nō dixit, dominus dedit, diabolus abstulit. Sed dominus qui dedit, idem abstulit. Sed de ijs latius infra.

PTIS DECLAMATIVNCVLÆ POPVLARES.

Secundū. Nimiū credūt, qui uetulas mutari in catos posse credunt, aut quascunq; alias formas, & ad conuiuia uehi nocte. Et ad hoc est expressus textus. xxv. q. vi. c. Nec mirū, ne ullus credat. Sunt enim illusiones diaboli, non aut̄ res uera. Sicut pulchre patet ex quodā exemplo, quod Ioannes Keyserberg recitat. Quod quædā uetula, ut prædicatorem argueret mendacij, qui talia docuit esse falsa, sero eo uocato, & in oculis eius sese ungens, sedens q; in lintre pistorio, iamq; uolens uehi, ecce statim obdormiuit, & quibusdā gestibus mouebatur, donec caderet de scamno & uulnus in caput acciperet, tandem reuersa ad se, cōuicta ē de illusio ne ex uulnere & casu quantūlibet uidisse se iactasset mirabilia sua.

Idem patet ex Vitis patrū, de uirgine a parentibus ad S. Macarium ducta, quę ab eo uisa est esse puella, cum alijs uacca uideref. Et tales præstigiæ plures hodie quoq; sunt, ut ille, qui Iudæo de bebat & dormiens, passus est sibi crus totum a copore rapi, ut Iudæū confunderet. Idem de Monacho q;dam refertur, qui plaustrum fœni prope consumpsit &c. Multa de ijs ubiq; referuntur.

Potest etim diabolus se mutare de persona in personam, & miris modis ludere sensum, de quo in legenda S. Martini. Vbi u nus omniū sensus illusit, cœlesti quadā ueste, a diabolo sub nomine Christi donatus. Simile de quadam Moniali, quæ in suo cubiculo sedés, uisa est ab alijs lacinioso pallio seminuda, & bu ballo stercore caput uelata, quæ tamen sese credebat in fulgentissima ueste ac aurea corona sedere, a Christo decorata. Item & illud in legēda sancti Andreæ, quomodo in forma speciosæ mulieris tantum uirum illusit. Item de Equestre illo, qui sero in hospitium ueniens, iucudo conuiuio inter puellas & choreas & expulas sibi uisus, mane iacuit in profundo luto, & equus eius ad arborem ieunus ligatus. Sed omnium efficacissimū est quod in legenda sancti Germani Altisiodorensis Episcopi (Vide Catalogum Sanctorū lib. vi. ca. ix.) Cum enim aliquando hospitatus fuisset, & iam dormituri adhuc mensam pararent suis (ut requisi tū ab eo dicebant) uicinis in nocte futuris. Tandem ille, uenientes adiurauit, excitato patrefamilias cū suis, percontatus an nos sent istos, illis uero afferentibus, iussit, ut ad uicinos irrent uide re, an domi essent, & inuenti sunt oēs dormientes in lectis suis. & sic euidenter illusio dæmonū & patuit & disparuit eo iubēte

Y iii

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

At ut cōtentiosis quoq; satissimam. Dicunt enim mulieres in
Catos fuisse mutatas, eo arguento uerum esse, quod quidam
audaculus in uacua domo dormiens, plures uulnerauerit tales
catos, mane autē facta, multæ uetulæ sūnt inuentæ sic uulneratæ.
Vel enim id fictum est, uel dæmones uere uetulas ipsi uulnerauere
runt, ut rei mendaci fidē faciant, ac si uere uetulas ille uulnerasset
qui catos (id est dæmones) iuisus est uulnerare, potest inq; fieri, ut
uetulæ, in somno uel extasi discurrere, uulnerari, sibi uideantur
cum tñ in lecto iaceant quietæ, & uere uulnerant a dæmonibus
ut postea credant sese uere discurrisse, & ab alio uulneratas esse.
Tale est quoq; de equitando super scopam.

De Hærōdiade & Larib⁹ satis manifestū est scilicet eē dæmones.

Tertio de Incubis & Succubis tradūt insignes authores, qđ po
test Satan in specie mulieris succubere uiro. & accepto semine, rur
sum incubere foeminæ, & ita generare. Sic em̄ sollicitauit quen
dam eremitarū usq; ad obscoenitatē, & postea evanuit, ut recitat S.
Ioan. primus eremitarū apud Hieronymū. Quin dicit, qñq dia
bolus in specie infantis fuisse, & nix quinq; nutrices ei satis fuisse

Quarto de ijs qui uehantur pallio prope dubito, potest fieri
ut uehantur paruo spacio, nescio an in longinquō, saltem tam
breui tempore ut dicitur. Hoc scio etiam si non uere uehantur,
posse eum sicludere omnem sensum, ut ille, qui uehitur, sit que
tus, & tamen existimet se uehi ad dominam suam, atq; cum ea
omnia peragere, quæ tamen mera sint phantasmatā.

Simile iudicium mihi est de afferentibus a longe cibos & po
tus, nec obstat quod postea agnoscant uere loca, ubi fuisse se di
cant, quia potuit similes species sensibus īgerere.

Sic etiā de ministris q̄s adducis, cuius id indiciū uideatur, q̄ns
permittit aliquis eos alloqui, ne uidelicet euaneat sicut fumus.

Vltimo de ijs, quæ in Chryſtallis uel ebore uel ungue uiden
tur, certum est esse pr̄stigium diaboli, figuræ singentes in Chry
ſtallis, quantum sibi permittitur, non enim semper nec coram o
mnibus id potest, ut satis compertum est.

Sed ex ijs cætera iudicent. Infinita em̄ sunt, & quotidie augen
scunt eiulmodi portentorū ḡna, defectu operario in uinea dñi

Hæc aut̄ oīa faciliora & leuicula sunt apud diabolū, puta quib
us carnos sensus & phantasias illudit, infirmas partes hominis

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES:

Sed maiori subtilitate, ut & maiori piculo illudit mentibus & intellectibus. Et quanque sunt plurimi, quorum sensus illusionibus eius patent, tamen multo plures illudit mente, scilicet doctos in scripturis, sanctos in opibus, ita ut ab Apostolo proprio titulo insigⁿiatur: Corruptor mentiu, sicut Heuā seduxit astutia sua, adeo ut & in angelū lucis se transfiguret, unde & B. Ambrosius ser. de pont. Supplantatores inuisi per oēs vias extendūt laqueos in numerabilibus mortibus expauescendos, Animalia pusilla cum magnis, & reptilia quore nō est numeris. Ita impossibile sit ullū hoīem esse tutū, in quocunque ope, sensu, intellectu suo, nisi qui as fidue sibi proprio suspectus timet in oibus, & cum lob oia opera sua veretur. Sed heu & proh dolor, quā securi sumus hodie tam infirmi quod summi, docti & pariter indocti, tanque diabolus sit mortuus, adeo ut pro nostris opinionibus, etiā cruentissima geramus bella, aut sine fine litigemus & contendamus. Sic meruit iniquitas nostra, ut in sensum reprobū tradereimur. Igitur de ruderibus & sensualibus hec sint satis. Sequitur aliud genus transgressionis tempe eorū, qui specie bona illiduntur. Quorum rursus duae sunt species. Altera eorū, qui circa reliquias & uenerationē sanctorū excedunt. Altera eorū, qui sapientia & iustitia propria supbiunt.

De priore, prius. (contra deum.

Duobus modis coluntur a nobis & inuocantur sancti. Primo propter temporalia & corporalia dicitur taxat. Et hi false colunt sanctos, imo magis seipso in illis, quia sua querunt, non ea quae dei sunt. Ac ideo sanctos prope in idola sibi transformant. Hos sane B. Augu. non penitus rejicit, sed ita duntaxat commendat, ut eos meliores asserat, quā eos, qui per pacta diaboli, temporalia querunt. Melius est enim etiam temporalia a deo petere, quā a dia**b**olo. Sed per hoc non sunt commendati, imo nec Christiani. Modica laus est, immo magnū uituperium, non esse bonos nisi peccatis oīm comparent. Et tamen deus qui dat etiā pullis coruorū escas, in hoc cultu eos exaudit & largit petira, ut pro scrip. probat.

Primo per Naaman Syrum toti Syriae salutem dedit, licet ille esset idololatra, tamen magnus apud regem Syriae.

Secundo, Samaritani ubi cœperunt deum colere, simul cum diis suis (quod impossibile est placere deo) liberati sunt a leonibus quibus devorabantur.

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

Tertio, Achab & alijs multis regibus idololatris & malis, desdit multiplices uictorias, & beneficia propter aliqua opera externe hominibus apparentia.

Quarto, Beatus Augustinus li. i. ciui. viij. differit Rhomanis concessum a deo tam ingenis imperium, propter insignes quasdam eorum uirtutes, cum tamen deo placere non potuerint, sed apud homines id tantummodo merebantur.

Quinto, Iudeis solo timore pœnæ peccatum uitatibus saepe percit, licet essent populus semper errans corde, & displicens deo.

Sexto. Et nunc quoque pestes, bella, famæ saepius auerrit deus propter emendam solo timore inceptam, cum tamen non placeat deo coacta pœnitentia, quæ minus est quam dimidia potentia quod sane patet, quia remissa plaga, mox redeunt ad ingenium et mores priores, imo peiores. Hi omnes sicut deum colunt & bene uiuunt propter temporalia, ita receperunt mercedem suam. Ita & cum sanctis dei agimus, quos non ultra colimus quam pes aut caput dolet, aut marsupiu[m] eget. Et quanquam haec sint nobis inutilia & stulta apud deum, nec deo, nec sanctis placita, tamen prosunt ad gloriam dei, qui ex omnibus potest elicere bona. Cuius denique natura est etiam stultis, imo inimicis & blasphemis benefacere, pluere super gratos & ingratos, ut eo ipso nos doceret, haec non esse ea propter quam sit colendus ipse uel sanctus quisquam, cum uiderimus ea non rogatum neque cultum pessimis quibusque copiose largiri.

Atque quo haec clarius intelligantur, aliquot enumeremus sanctorum, quorum supersticiosus cultus omnibus notus est.

Primus est S. Antonius, qui pro igne sacro a multis, alioquin nunquam cognoscendus, colitur, & ita colitur, ut eo propter uenitum sit impietatis, quod ipsum sanctum uirum posse credant suis uiribus seu dono sibi a deo collato, istas curationes tribuere. Adeo non a deo per intercessionem sancti Antonij, sed uelut ab ipso solo Antonio petunt quod uolunt, nihil memores intercessionis. Deinde hanc gratiam curationis ita apud huc solum querunt, ut aut nescire aut non credere uideantur, deum posse idem, per quemlibet alium conferre. Interim autem nullus plane auditur, qui id a B. Antonio imploret, ut & ipse mereatur latitudinem spiritus, ceterasque uirtutes Antonij imitari, de quibus tamen in legenda eius memoria est, nihil prorsus de igne.

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

Secundus est sanctus Sebastianus, unus oīm, qui propter pēstem colitur, nisi quod nuper sociū admisit S. Martinū, & S. Rochium nō ingratæ prorsus uitæ & authoritatis. Horū trium sanctimiū & fidē, prorsus nemo est qui curet postulare. Et sane ut & ego ineptias suspicionis meæ effutiā, uideri potest, nōnullos sanctos mera noīm allusione præ cæteris in hæc officia inuocatos. Siquidē S. Tonij Italica allusione prope sonat ac si sanctus ignis, id est sacer ignis dices, quasi is propter nomen suū, sacro igni sit remediabilis patronus, quomodo & Gentiles Romani Febrem & alias allusiones rerū, dis tribuerūt. Sic & Sebastianus sanct pastian, quasi pro peste, idem ualeat solus, cū nihil in eorū uita de pestilentia legat. Vnde & in Italia, hīj duo præ ceteris nō secus honorātur, ac si inter gentes uideres numina lœua placari.

Iam sanctus Rochius nomen habet, quod Germanice vindictam sonat, & iram, quasi ipse ideo utilis sit vindictam dei auertere, quia Rochius uel uere uocatur uel singitur. Huius tamen legenda, si recipitur talia quædam narrat.

Tertius Valentinus, morbi caduci præfectus, quem cum nihil legimus egisse cum hoc morbo, prope iurarem ex allusiōe Germanica, eum in huius auxiliū sortem uenisse. Nam cadere, nullen significat, quod ad Valentinum quam proxime alludit. Nec mirum, cum & sanctū Vicentium superstitione mulierculæ depuauerint, rebus p̄ditis inuentiendis, eadem ductæ allusione. Germanice enim inuenire, uinden dicitur, Atque, ideo Vincētium seruum perditarum rerum & custodem constituerunt.

Nec est magnū nec mirum, quod deus hæc fieri permittit, & continuis adhuc beneficijs eadem prosequitur, & ecclesia simili ter approbat, præsertim de S. Antonio, quia ut dixi, deo parum cura est de his tribuendis, quę etiam hostibus tribuit. Et sinit uel stultos uel infirmos in fide, interim istis gaudere bonis, dum nō sunt melioribus digni, uel donec meliorum capaces fuerint.

Quartus est Christophorus, ex legenda non tam apocrypha quam suspecta, tantum tamen habens honoris, ut nullus Apostolorum sit cum eo conferendus, etiam si in media Biblia eius gesta scribantur, nec tamen ideo honoratur, quod hominibus remissionem peccatorum & fidem gratiam uie dei impetrat, sed

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE,
sicut extant uersiculi hoc cultu dignissimi.
Christophore sancte, uirtutes sunt tibi tantæ,
Qui te mane uidet, nocturno tempore ridet,
Nec Satanas cædat, nec mors subitanea lædat.

Primum, uide ut hic impius uirtutes tantas non deo, sed im-
gini lignea & picta tribuat, non saltem fidei tribuit, quæ solafa-
cit, si quid impetrant sancti, ut accipiamus.

Secundū, uellem doceri, qua scriptura, quibus miraculis pro-
batum sit, id posse imaginem Christophori præstare. Ita sub pie-
tatis specie, dum sacerdotiū ecclesiæ dormit aut lucris inhiat, in-
gressum est ingens pelagus superstitionū, nemine prohibente.

Tertium, Cur potissimum uesperi ridet, qui mane spectauerit?
Quid si uesperi spectaret? Adeo ne uirtutem suam matutinæ in-
spectioni alligauit, ut qui mane fuerit oblitus, aut tardius uene-
rit, q̄cunq; deinceps diei tempore spectauerit frustra spectauerit?

Quartum. Cur non qui fidem tuam imitatus fuerit, semper
ridebit: qui passus fuerit tecum, tecum gaudebit? Sed absit ut i-
mitari uelint, qui illa quærunt. Absit etiam ut illa quærant, aut
ita quærant, qui imitari uolunt.

Quintū. Cur nō Crux Christi inspecta facit ridere inspectores
q̄ habet autoritatē scripturæ: nisi melior forte imago Christo-
phori q̄ Chri, cū crux Chri, ipsa sit uere sola qdā Christoporus.

Sextum. oīm pessimū, quod hac ratione homines plus dili-
gunt, plus colunt, diligenter inspectant, plusq; in ipso cōfidunt
quā in ipsum Christū, ut ostendant, se non laudare deum in san-
ctis eius, sed seipso, quia non gloriam dei, sed suum cōmōdum
utq; id palam, perficataq; fronte plane confitentes se morborū
gratia quærere. Melius erat sanctos imitando, subita morte præ-
uentū saluati, quā non imitando naturaliter morientē dānari.

Videtur & hic sanctus a militibus & nobilibus & generosis
primo repertus, quippe quibus in bellis mors subita, Teuto. ge-
ende todt, est formidabilis, maxime repertis Boardis. At nō co-
gitant quod frequentius ibidem moriuntur stante morte, Teu-
des steende todts, & non solum des geende todts.

Septimum, Quod homines ex hoc securi quærunt esse, & si-
ne timore dei uiuere, cum omnis cultura sanctorum pro timore

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

dei sit instituta, ut homines ad pœnitentiā prouocet, memoriā mortis suggerat, uitam futurā ostendat. At illi solum ut fugiant hæc & teneant illa. Quare dicendum est Christo, ut uerbū suum retractet, quando dixit, Vigilate, quia nesciis diem, neq; horam. Quia inuenimus Christophorū, qui pro nobis stertentibus uigilat, & integrū diem securi habeamus, nedum horā nesciamus.

Quod si & Christophorus alium inuenisset Christophorum quo inspecto & ipse tutus fuisset ne deus eum percuteret, quomodo ad martyriū peruenisset: siquidem eo usq; tandem hæc iam nō infirmitas, sed impietas procedit, ut etiam deus suo imperio priuetur, ut qui inspectores Christophorinos, nec aqua, nec igne, nec ulla creatura possit eo die occidere.

Quintus est sanctus Laurentius, quē, ut seruet domū ab igne, ieunio priū honorant, deinde in festo eius, nec scintillā ignis tota die in domo patiunt̄. In alijs tamē domib⁹ utuntur igne, quo cibos coquant. Ac sic nō Laurentiū, sed ignē potius timent & colunt. At forte tam stulti sunt quod ignem S. Laurentio inuidū credūt, quia sit in illo adustus & tostus, ut ubi ignē uiderit, recordatus iniuriæ irascatur in eos, qui eum habent. Quod si ita esset, nullū Christianū liceret aliquo die ignem habere. An quia superauit ignē, ideo dominus ignis factus est: Quod quidem uerum est, īmo & diaboli peccati, mundi & carnis & oīm malorum. Cur ergo pro solo igne colitur: Aut cur nō eundem colis pro impietate & furore, ira, superbia, quibus in Decio & ministris suis operātibus, igne tostus est, quas deniq; superauit, & ad hoc in te superare potest precibus suis: Sed hæc etiam alibi quā in sancto Laurentio queri poterant. ideo sit ipse tantū ignis obseruator. Cui adiunctus est socius sanctus Florianus & ipse ignotae uitæ & nominis, nec apud ipsos ullo modo cognitus, quam quod in papyro uident eum pictū, effundere aquam in ardente domū, hoc enim contenti sunt, quia & hoc solū in eo quærunt.

Reliquos breuiter trahtsimus. Sanctus Vitus suā sortem habet in misera illa saltatione. Sanctus Erasmus auarorū patronus, sic tamen ut certo numero orationū & cereolis colatur, tum sane inundabit diuitias. Quid enim aliud ageret tam otiosus: Sed & S. Luduicus de ordine Minorū, quoniā semel cereuisiam cœravit in uita, iam mortuo & beato, aliud agere nō licet penitus.

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE,

Sanctus Vuendelinus pastor, iam utilior est omnibus canibus aduersus omnes lupos. Et uiuus sua unius hominis pauit pecora, mortuus omniū cogitur pascere. Adhuc nō pudet nos Christianos ita in sanctos partiri negotia rerū temporaliū, ac si essent nunc facti serui, & mancipia artificiū, ita ut prope redierit ea Lena superstitionum, ut rursus Romanorū illud Chaos deorum, & quoddam Pantheon denuo extruxerimus, atque hoc ipsum non pro alia causa, quam ut hic tantummodo bene habeamus.

Iam aliquot etiā foeminas sanctas subiungamus, inter quas, ut recētior simul & antiquior, ita merito prior est S. Anna, cuius legenda, cū sit dubiosissima, hoc tñ fuit & est noīe uel gratissima, qđ noua uenit, quia fastidire cœpimus uetera, & ea q̄ certissimā habent authoritatē. Sed multo gratiōr, qđ non uenit uacua, sed diuītijs plena, nihil prorsus promotura, si paupertatē adduceret.

Secundo, quod ipsa pene supra q̄ B. Virgo extollitur, sic semper noua festa derogant pristinis, & extollimus recentia, magis ducti uulgi concursu, quam fideli deuotione.

Tertio, quod planū & apertū est, eam cœpisse coli propter diuitias ex apocrypha illa & uehemēter suspecta legenda, ubi lusor ille depauperatus, rursum, etiā de cœlo, curatus est, ut diues fieret.

Hoc enim solum in tota ista legenda notauit oculus nequam auaritiæ. Et ob huius sanctæ matris festum, nunc omnium aliorum sanctorum festa, nonnihil obscuritatis accipere necesse est, præsertim apostolorum, forte, quia paupertatē docuerunt. At q̄ utinam sanctā Annam ita pro diuītijs colerent, ut & alia quæ spiritus sunt quererent, quo modo ecclesia facit, ut collecte quas nocant, eius diei ostendunt. Sed pro his credunt se satis multa festa habere, usq; ad fastidium etiam iam diu frequentata.

Secūda est S. Barbara, ad cuius legēdæ similitudinē multe alię fabricatæ, Vt Catharinæ, Dorotheæ, Margaretæ. Eam uero qui religiosissime colunt, id querūt, ne sine sacramento moriant̄, qđ nō adeo damnable foret. Alij ne prægnas periclitetur in partu.

Hæc enim & alia legitur eadē S. Martyr in transitu suo orasse, ut si quis eius memoriā ageret, hęc obtineret. Primū, omnium testimonio, legenda illa & apocrypha est, & suspecta, præsertim cū scribatur fuisse discipula Origenis, & tātæ uirginis nō meminerit Eusebius. Deniq; in legendā S. Catharinæ, multa esse uel

PTIS DECLAMATIVNCVL AE POPVLARES.

intermixta, nemo sentit, nisi cui nullus est nasus. Id uero ego miror pro mea temeritate, an sanctæ illæ martyres pro Christo morientes, tantam arrogantiā uel habuerint uel simulauerint, ut optarint ab hominibus coli, aut certæ fuerint futurū, ut coleantur. Sed & illud uide, ipsæ morientes non orant pro suis cultoribus, ut iusti & saluifiant, sed ut diuitias, sanitatem, securitatē quæ omnia per mortem ipsæ contemnunt, obtineant, fortasse non eadem bona alijs prouidentes, ad quæ ipsæ iam pergunt. Inde nimirum factū est, ut memoria passionis Barbarinæ, & si miliū diligentius peragatur, quā ipsius Christi, quæ uirtus est omnium illarum passionū. Sed sine, cæci esse studio conamur, a liο qui palpare possemus & agnoscere, quod hodie in ecclesia hi sancti plus habent honoris, quorum legendæ plus habent fabularum, aut lucri aut cōmodi. Feramus ergo nos quoq; illorū infirmitatem, donec erudiantur & formentur in meliore sensu.

Tertio, Sancta Iuliana & Othilia ophthalmicæ sunt, q; a nullis coluntur, nisi qui oculis laborant, nec plane propter aliudq; oculos, uolentes ex semel facto miraculo ius naturale, & infallibilem consequentiam facere, quod certe non longe mihi a tensione dei uidetur abesse.

Sancta Apolonia pro dolore dentium, perpetuo cultu honoratur, atq; pro alio nullo. Anno sam eius uirginitatem & ardenter fidem, nemo est qui meminerit.

Sancta Scholastica, domina facta est tonitruū. Et plane hanc fidem in mulierculis scio regnare, quod in quaquinquaginta audierint aliquem sanctū uersatū, hunc in eadem credunt plurimū ualere, ac uelut dominū constitutum. Et sacerdotes aliquot hanc superstitionem non reprimunt, maxime si & lucrum odore tur.

Igitur sicut dixi, permittit hæc deus, & largitur ea quæ petunt, non quod magnasint, sed quia bonus & clemens tā infirmos ita fouens, q; indignos ita remunerans, quorū ignauus anius nescit meliora & æterna petere, quæ ueg; deū decet & delectat peti & largiri. Nam qui rite deū & sanctos colūt, quærentes primo gloriam dei in illis, & imitationē, sicut facit ecclesia in suis collectis, talia non petunt, imo si habent auferunt ab eis, ut sola sapient sp̄ ritualia. Nec meliori signo cognoscunt & discernuntur, ueri cultores a falsis, q; si illis auferantur, istis cōserantur copiæ temporæ.

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE.

lium. Sicut enim deus iustitiae exteriori confert exteriora bona, & auferit interiora, ita iustitiae interiori confert interiora, & auferit exteriora. Quod in omnibus sanctis patet, quibus si non in esse es tu, tamē in affectu abstulit temporalia. Ideo licet tales nihil mereantur in cœlo, tamen merentur in terra. Et in hoc benefacit, quod nō a diabolo hæc petūt. Sic enim & sacerdotes & religiosos multos, pinguiter & suauiter pascit, qui tamen in tota uita nihil agunt, q̄ quod horas canonicas & frigide & inuite legunt semper, & orant nunq̄. in quo ut sibi satissimis uidentur deo, ita deus sibi quoq; satissimis uideſ, si eos uelut altilia saginet in hacuita. Sed ogganiunt hic aliqui contentiosi, me temerariū esse, qui pro necessitate corporali sanctos inuocari prohibeam, cū ecclesia quoq; oret a periculis mentis & corporis per eorum intercessionem liberari, ut ibi. Et ab aduersitate liberemur in corpore, & a prauis cogitationibus mūdemur in mente, & similia.

Deinde adornant suam piam, ut uocant intentionem, quod temporalia non querunt, nisi quatenus per ea cōmodius spiritualia querere possint, & diutius ideo uiuere uolunt, & sani, ut pœnitere, & boni fieri possint.

Tertio, qd nōnullis sit p̄suasum, ut Ioan. Gerson sentit, sanctis in cœlo, sice esse distributa dona eiusmodi, sicuti in terris habuerunt dona diuersa spiritus, iuxta illud i. Cor. xij. Alij gratia curationum &c.

Ad hæc.

Primo illud Christi oppono, Primum quærite regnum dei iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis. Et iterum, Hæc enim omnia gentes inquirunt. Si Christus eos appellat gentes qui talia quærunt, spero mihi licere eos infirmos Christianos appellare, aut certe ignaros & pusilli desyderij homines.

Secundo, Nec prohibeo sanctos inuocari pro temporalibus, sed quod solū pro temporalibus id faciant, damno, neglectis eorum uirtutibus & exemplis. Ostende tu unum ex oibus sanctis, qui pro humilitate, uel alia uirtute, tantū habeat cōcursum cultu & uōie, quātum habet sanctus Valentinus pro morbo caduco.

Tertio, fateor, quod ecclesia in litanījs a fulgure & tempestate, alijsq; corporalibus necessitatibus, orat. Sed ordine recto id facit, primū misericordiam, & remissionem peccatorū. Nam & Paulus iussit orati, ut pacem & tranquillitatē haberemus in vita

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLAES.

Sicut quoq; fac, & uites, atq; ex me nihil audies cōtrarium tibi:

Quarto, fateor, infirmis in fide licere, ut sanitatem & uitā per tant, quo deinceps melius uiuant. Sed duo hic dicam. Quis scit, aut de seipso audet affirmare, tam purum se habere cor, ut tam simplici intentione illa petat: Quod maior pars simulet potius emendationē uitæ, exitus probat. Nam sere & semper efficiunt peiores, qui ex plaga, aut castigatione dei liberātur importunis suis uotis, ut hoc ipso deus stultitiam nostram uideatur testari, scilicet nos nō intelligere, quod dum flagellat, sanat, & dum remittit manum ad nostrū uotum, potius magis sinit ægrotare.

Secundo, si uis uitā emendare, nunq; id melius feceris, q; si in flagello, id est, uerissima emendatio, & medicina uitæ, cœpto perseueres usq; ad mortem. Hęc enim emendatio uitæ, tanto est solidior, & constantior, quo non ex te, sed ex deo longe uotum tuum præueniente cœpit. Aut quomodo possum nunc recitare omnem gloriā & dignitatē uitæ passiuæ: Stulti sumus omnes qui uitā præsumimus emendare in bona ualitudine, quam in æ gritudine nō intelligamus eam esse emendari cœptam, & longe esse excellentiore, quam omnē uitā actiua. Quare Christianis id potius suadendū esset, ut nō modo ægritudines libenter ferrent, sed & ipsam mortē quantocius oportarent uenire. Nihil utilius Christiano, quā mori uelocissime, ut S. Cyprianus docet. At nos Iumentale magis audiimus, Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. nō sic B. Augu. Quando nos sumus sani, tunc maxime cōcupiscentiæ morbus est insanus. nō quod quærenda sit mala ualetudo, sed qd illata per deum, ut optimus nūncius dei sit excipienda, quia nullū bonū sine uoluntate dei quærendū est.

Quinto, hoc ipsum q; deus optime prouidit, ut aliqui sancti habeant formidabiles, & uelut uindices, propter obstinatos & duras ceruices. Sicut S. Antonius, & nōnulli alij. At nos Christianos docem⁹, quoq; est fiducia, ut sc̄tōq; cōsortio aliquā copulent⁹.

Sexto, sc̄i nouā illam opinionem eorum, quod sicut in uita sancti diuersis donis spiritus erant dotati. Ita & nūc in cœlo eos dē habere, differentes gratias auxiliandi, sed ego nō uideo, quā id possint probare, nisi arguendo a simili, qd argumentū in īs quæ sunt fidei, est nocentissimū. Quid em̄ aliud facit diabolus, cū in angelum lucis sese transfigurat, q; quod arguit a simili: au-

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE,

quot errores in ecclesia inundauerunt sub nomine Christi, & sanctorum eius, sub specie sanctitatis, sub pia, ut dicitur, intentione, & zelo catholicæ fidei, id est, a simili immo quot ueritates reperiuntur sub pietate atrium nimis tenera sub nomine scandalizantur.

Id ego uideo, quod ecclesia non dicit, Sancte Paule cura mea nulnera, sed, Ora pro me. Ideo sciendum est, quod omnes sancti omnia possunt, & tantum per eos tibi a deo dari, quantum credis te acceptum. Quare omnia tua comedes ei, in quem magis es affectus, primum peccata tua & necessitatem animæ, sicut sancta Cæcilia fecit in nuptijs suis. Omnes sanctos per ordinem inuocans, pro sua castitate seruanda apud deum.

Quod sane etiam B. Aug. in quadam Epistola sentit, quod uidelicet deus per unum sanctum, immo in uno loco facit, quod in alio non facit, non improbo. Quis consilium dei nouit? si ipse distribuerit, recte distributum est. At non ideo tibi salutare est in sanctos partiri negotia, p. tua sumptioe, unde non dixit, quod martyres alia & alia dona acceperint in gloria, sed ait, Non uoluit fieri in oibus memorij sanctorum ista, quæ in illo fiunt &c. Etsi, ut dixi, deus ita suffert infirmos, quod talia solu quærunt in sanctis, donans pro sua uoluntate, quod querunt, nostrum tamen est, Christianos erudire, & ad perfectionem inducere, & ea, quæ sunt salubria, & meritoria docere, ne aliquem ad id labante erroris, ut ex sanctis dei sibi idola fingat. Neque enim est meritum sanari corpus, aut pecuniam augeri, sed infirmari & egere, id demum est pulchrum si meritum prudenter tuleris,

Hæc de honore sanctorum primo, id est, corporali,
& exteriori.

Secundo coluntur sancti uere & interne. Hic autem cultus consistit in laude cordis primum, deinde in uoce & opere fortis, id est, quando deus laudatur in sanctis, & sancti laudantur in deo, sicut scriptum est, Laudate dominum in sanctis eius, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Sic Paulus Galat. i. fecisse scribit primitios Christianos, & in me, inquit, clarificabant deum, sic facit Psal. cx. Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum, & congregacione Magna opera domini exquisita in omnes uoluntates eius. Vultem dominus enarrari gloriam suam, & annunciarri opera manuum suarum. Sic ut dicit. Ut annuncient in Sion nomine domini, & laudem eius

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

in Hierusalē. Et rursus, Narrabo om̄ia mirabilia tua. Itē. Ut enar-
tem om̄es pr̄dictiōes tuas in portis filiæ Sion. Et multa alia in
Psalterio, ideo em̄ operat̄ tot & tāta in sanctis, ut ipse glorificet̄.
Rursus dicit, In domino laudabitur anima mea. Et alibi. Lauda
mini in nomine sancto eius. Et Psal. xvi. Lætabimur in salutari
tuo, & in nomine domini dei nostri magnificabimur. Sic em̄
Apostolus docet, Quod qui gloriāt̄, in domino gloriāt̄. Quare
non est dubiū, quin sancti nolint in seip̄lis laudari & glorificari
sed in domino, & dominū in se. Et iste modus colendi non
modo erit deo gratus, & ipsis sanctis acceptus, uerum & tibi sa-
lutaris, & incomparabiliter utilior, q̄ si propter te & tua, eos co-
lueris, immo solum ille est salutaris, & aliis quilibet noxius.

Vnde ut pro rudibus demus modū, ille scilicet colit uere san-
ctos dei in deo, qui opera & gratiā dei in illis intuitus, & medi-
tatus, mouet & soluit in dulcē affectū erga deū, q̄ tanta, & talia
largiri in illis dignat̄ est, uelut diceret, Bñdico te & gratias ago
tibi p̄iissime deus, q̄a æterna misericordia tua. Sanctū em̄ hūc p̄-
uenisti, & de peccati, p̄ditiōisq; massa, tā eximiū gloriæ uas tibi
p̄fecisti. Sic deū laudasti in sancto suo. Rursum & sanctū ipm in
dño ita laudabis, O sancte dei. N. bñdictus tu in filijs hoīm, qui
dignus deo uisus es, tā ineffabilis gratiæ, & gloriæ dei donis or-
nari. Quéadmodū S. Elizabeth benedixit beatā uirginē, dicens.
Benedicta tu in mulieribus. Beata q̄ credidisti, p̄ficien̄t in te, quę
dicta sunt tibi a dño. Oportet em̄ ut diuinæ gratiæ odorē, effu-
sum in sanctos eius percipias, & guttulas bonitatis eius p̄gustes
ut & tu in amorē dei succendaris. Quid em̄ aliud sunt sancti, nisi
uelut guttulæ roris, sed guttæ noctiū in cincinnis & capite sp̄osi
sicut dicit, Aperi mihi soror mea sp̄osa, quia caput meū plenum
est rore & cincinni mei guttis noctiū. Sic em̄ Micheæ v. sanctos
appellat rorem, dicēs, Erunt reliquiae Iacob in medio populo
multoꝝ, tanq; ros a dño. Quia totum qđ sunt & faciunt, ros &
gratia cœlestis est, spirans suauissimā dei misericordiā sup̄ filios
hominū. Sic sic oportet omnem gloriam sanctorum referre in
deum, qui dedit eis hanc potestatem. Vide ecclesiam, quæ de b.
Virgine canit, Benedicta filia tu(sed) a domino, quia nō a te, sed
per te fructum uitæ cōmunicauimus. Et in omniū sanctorū fe-
stis, Ecclesia orationem dirigit nō ad sanctos, sed ad deum cum

Z

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

nominibus sanctorum, eorum merita ex deo uenisse protestata
deinde per eadem, preces suas deo commendans. Isto enim sa-
crificio laudis primū rite peracto, tunc demū subnectenda est pe-
titio nostra, primum pro simili dei gratia, nouissime pro tem-
poralibus. Si tamen temporalia petere potest, qui sitit spiritualia

Verū ista invocatio, & cultura sanctorū adeo est neglecta, ut
nō solū nō meditent opera misericordiæ dei in sanctis suis, sed
etiam nesciat eorū gesta, imo & nomina, sicut ille, qui sanctā trini-
tatem nominauit drey falcken. adeo nō quid deus boni in illis fe-
cit, ut glorificet, sed quid boni nobis faciant, ut nos lætemur, cō-
syderamus. At spiritus sanctus & ecclesia Christi id intēdunt cer-
te, in omni cultu, & festis sanctorū, scilicet eleuare cor nostrū in de-
um, & diuina opera, & parare fiduciā ex contemplatione gratiarū
in illos collatarum, sicut Christus Mat. v. Sic luceat opera uestra
bona. Ad quid: ut crus meū non doleat: non. sed ut glorifcent
patrē uestrū qui in cœlis est. Hic B. Aug. ut nō desperet, inquit etiā
sibi, si uoluerint, posse præstari. Et sancti quidē hac regula, & eo
fine, uixerūt, & bona fecerūt, ut lucerent ad gloriā dei. Et fit dia-
bolo operante, ut eorū uita & opera nō eo fine prædicentur aut
celebrent. Ipsi per oēm uitā quæsierunt, quæ dei sunt. Nos uero
non solū in nostra, sed & in sanctorū uita, non nisi quæ nostra
sunt, querimus, nihil solliciti de gloria dei. Et passim prædicat
solum quid & quantū possint in nostris cōmodis, non quantū
fuerit misericors deus in ipsis. Inde proceditur ad extremam te-
meritatem & audacem contentionem, uter sanctorum in cœlo
sublimior sit corā deo, quasi ipsi aliquid fecerint ac nō potius de-
us. Oculos omnino in carnem mersimus & a deo auertimus.

Immo nostra ætate (quod detestabilius) eo redactus est cultus
sanctorū, ut melius fuerit, neq; festa sanctorū agi, neq; nomina eo
ruim sciri. Quod ut cognoscas percurre superstitiones stulti vulgi
& uide patrocinia illa diuersa diuersorū artificū. Aurarū fabri
sanctū Elogiū, sutores Crispū & Crispinianū, fullones S. Seuerū
pictores S. Lucā, medici Cosmā & Damianū, iuristæ S. Iuonē, at-
tistæ S. Catharinā, aliquā & Aristotelē habēt patronos. Alij alios
Et Franci suū Kilianū, quælibet natio suū. Sed quōd hos honorēt
aduerte. Primū nihil eorū opera uel exempla curāt, deinde q̄d
ad summū honoris itūr, mane missam celebrant, & eo toto die

CE
PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

feriantur, nec alio quoq; indicio nisi ueste & otio, tantū feriam simulantes potius q; agentes, cæterū lasciujs, cantibus, moribus corde nunq; tam alieno a deo q; eo die, tempus perdentes, imo sanctos illudentes, ac si Bacchanalia uel Saturnalia agerent. Atq; usq; in alterum diem potando, ludendo, & breviter usq; ad cædes aliquando insaniendo, perdurant. Hęc enim est gloria festorum dierum his perditis temporibus. Ita ut nec Anubis aut ullū portentum gentilium deorum, sit fœdus dehonestatum, imo nec porcus tuus ita se coli sustineret. Sed ita preualuit ira dei & tradidit in sensum reprobum, ut sint omnia peruersissima.

Quanto rectius erat, humili & quieto corde, pacataq; domo parce refici, & pauperibus uocatis ministrare prandiu, imo melius erat laborare & omnia opera seruilia perficere, q; ita feriari. Non enim eo tumultu pompæ & luxuriæ, sed quietudine (unde & sabbatissare dicitur) & charitate in proximū seruitur sanctis. Quod si turpissimū tu ipse iudicares, si quis in festo paschæ uel natali Christi talia perpetraret, cur patronū tuū eo honoras, quem tunc maxime proposuisti honorare? An qui totum annū fuit quietus & securus a tuis irrisiōibus & ignominijs hoc die, quo minime oportuit eisdem uexatur? Cur execramur Turcas quod imagines Christi & sanctorū fœde conspurcare dicuntur? An nondū intelligimus quod illorū figura ostendit nobis deus quam sibi displiceat, quod nos Christiani sanctos suos in ueritate & fœdus conspurcamus? Quā pulchra religio & pietas, sanctos dei nemo fœdus blasphemat, q; ipse cuius est patronus, nec id alio die magis q; eo, qui cultui eiusdem sacratus est. Finge autem talē sustinere possis ab infimo homine cultū, id est illusionē.

Hic itaq; Pōtificibus effet summe uigilandū, imo saluberrimū foret, oēs dies festos abrogare, paucissimis seruatis, in qbus mane uerbū dei audiret & missa. Nihil em̄ sunt sabbata nostra, nisi opprobiū ecclesiae, & non eusebia, sed asebia in deū, ut satis nimis ualde docet experientia. Potest & nobis deus multo amplius q; Iudæis dicere, Odi & proieci solēnitates uestras, & illud Isa. primo. Sabbathū uestra & Neomenias uestras odiuit anima mea.

Supereft adhuc geminus abusus in cultu sanctorum.

Primus est in superbia & abusione per gloriā uanam, qua in uicem quidam cōcertant etiam de sanctis, dum quisq; eum qui

Z ij

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

nel sui studij uel ordinis fuit, nititur ita celebrē facere, ut eum cæ teris omnibus præferat, nō tam quod uelint sanctos dei hono rificari, quam seipso, qui tales habeant patronos. Horum uanitas & si late patet, & plurimos occupet, nō tamen audeo latius prosequi, tum quod pulcherrima specie adornati, facile me te merarium iudicem proclaimare auderent, seq̄ purissime excusa re, tum quod ipsos proceres & optimates ecclesiæ quoq; ea res tangit, qui sunt multo impassibiores, quā ccelum ipsum. Nam cœpit & hinc ferme turba fraternitatū quædam oriri, & nescio an tot fraternitatibus tandem efficiant, ut nec fratres nec sorores retineant. Sed sit hic aliorum iudicium. Species est bona, non li cet acrius taxare, donec clarius seipsum prodat negotium.

Huc dicerem pertinere eos, qui festum Conceptionis beatæ Virginis uolunt esse primum & summū omnium, & qui no uorum festorum dignitate, priuilegijs, indulgentijs, replent to tos sermones. Nec frustra nos quoq; uixisse uidebit posteritas, quia nouis festis fecimus uetera uere ueterasse, si nihil aliud feci mus, hoc unum satis est dignum æterna memoria.

Spero futurū, quod adhuc festum Ahrahæ etiam celebrabitur quia in fide eius fuit origo salutis & promissus Christus. Si en Abrahæ non promisisset deus, nō fuisset Christus natus. Et for te diem Adæ & Heuæ quoq; celebrandum, est prædestinatū. Ita q; uenerūt dies in quibus omnia libentissime docemus & audi mus, præter ea, quæ sunt antiquæ & solidæ ueritatis, ut Aposto lus ait. A ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas aut con uertentur, coaceruantes sibi Magistros prurientes auribus. Non quod damnum affectum pium ad noua festa, sed quod uideam non pauca agi & extolli, ad inuidiam usq; aliorum. Non egent sancti nostra superbia & discordia, immo nō ipsi, sed nos idola ex nobis facimus, & sub nomine sanctorū nos ipsos colimus.

Alter abusus est avaritiæ. Eriguntur passim erestæq; sunt eccl siæ super imaginibus nō consecratis, præsertim ubi concurrit se ductilis turba uulgi, nec ipsæ ecclesiæ cōsecrantur, in quibus præ ter speciem & nomen pietatis, nihil nisi quæstus quæritur. Si enim sub nomine Christi diabolus mittit Pseudochristos, quanto magis sub nomine & imagine Mariæ aut alterius sancti, pos test operari errorem & illusionem. Atq; eo liberius, quo negle

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

ctius nos Pauli consilium habemus, Omnia probate, quod bonum est tenete. Et illud Ioan. Probate spiritus utrum ex deo sint nos uero specie bona contenti, statim sine probatione accurrimus. Facit hos discursus diabolus. Primo, ut populum a locis sacratis trahat, & affectu eius alienet a sacris, prophanisq; distrahat, dum nouis semper & alienis accendit curiosumq; facit. Hoc enim meruerunt, qui fastidiunt ecclesiam suam domesticam.

Secundo, ut per hoc accipiant occasionem uelut iustā, negligendi uerbi dei & parochialiū officiorum. Omitto qd per uias perdunt tēpus, & substantiā profundūt, peccatis multis sese onerant, dū uana fabulant̄, uel audiunt uel uident, & domū, rem, familiā, negligūt, hoc est frustra laborāt, & multa mala cōmittūt.

Quod aut̄ tales cōcursus sint ex diabolo, præter ea quæ dicta sunt, ipse etiā præceps cōcursus uulgi declarat, ferūt enim uxores & famulos inter laborandū aut operandū raptos fuisse, ac uelut relinquere opus coactos, qd a spiritu sancto sit nequaq;, sed est euidentissima dæmonis illusio. Spiritus sanctus nō est spiritus te meritatis & præcipitationis, sed spiritus cōsiliij, nec reuocat præceptū suū, quo p̄cepit mulieri esse sub potestate uiri, sine cuius consensu etiā uota sua nulla sunt. Et seruis, ut dominis suis fideliter seruant, nihil fraudātes, quō ergo nūc eosdem raperet ad inobedientiā tam rigide prohibitā. Vnde audiui, ubi tales ecclesiæ fuerunt consecratæ & legimo dei cultu ordinatæ, cessasse talem cōcursum. Sed & nunc dicunt aliquæ ideo nō consecrari, ne definat cōcursus, & arescat lucrum. O Christianos, qui ea impietate lucrū querunt, Hoc ne ex deo est, quod crucem & benedictiō nem sustinere nō potest. Quis unq; crederet posse Christianos, uel ab astutissimo dæmons in hūc erroris barathrū præcipitaris.

Sed ego noui hoīem, qui simile excelsum illusionis cœpit pro stituere, sub noīe uirginis Mariæ, quæ sibi in somnis apparuerat (adeo sancta & digna sibi superbia uidetur) sed a maioribus ecclesiæ prohibitus, statim ibi queuit diabolus, & migravit alio, & ibidē præualuit erigere lupanar suū. Vere hæc sunt signa & idola prostitutionis, quæ dñs per Prophetā arguit, in quibus fornicantur animæ fideles a suo Christo, qui prohibuit ne credemus h̄js, qui cū obseruatione locorū nobis p̄dicant, Ecce hic est aut illic est Christus, Nolite inquit credere, ecce prædixi uobis.

Z iiij

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE

Quare tibi sit merito suspectū tanque negotiū perambulans in te
nebris, quantūlibet speciosum fuerit, quod in locis illis prophanis
agit. Non enim frustra ecclesia instituit, ecclesiā & loca earū san
ctificari per uerbū & orationē. Quod si cuius uxor & seruus uo
ciferet, sese arripi tali peregrinādi spiritu, audi consiliū, arripe &
tu, quernā aliquā crucem, & sanctifica dorsum eius aliqt*u* i&tibus
fortiter, & uidebis quod hoc digito dei ej̄cet dæmoniū illud, Mu
lieres enim sunt seductiles, solet familiarius istis nugis illudere.

Tertio. Vbi nō habet potestatem (sicut uere non ubique habet)
in locis prophanis, facit hoc in locis sacrīs. Hoc aute facit quando
relicta matrice ecclesia, peregrinari sollicitat ad dedicationes &
patrocinia aliarū ecclesiarū, uel in deserto uel pagis positarū, ubi
tamen uideas tot tabernas & ganeas, ut Babylonē credere pos
sis (sic enim hodie agunt dedicationū & patronorū festa) uesp
eri uero domū redeut pleni indulgentijs, id est cereuisia, luxuria,
& alijs portentis peccatorū, quibus ibidem seruierūt. Si tamen
redeut, nam ferme est uelut regulare, aliquos occidi, aut saltē
grauiter vulnerari in dedicationibus, adeo ut in prouerbiū tran
sierit, Indulgentias dedicationis distribui sero, cū sese trucidae
rint, aut saltē leserint. Has diabolus miserrimas nobis assidue au
get ignominias, & adhuc melius ducimus esse tales dedicatio
nes nō tolli, quod illas fieri. det dominus Episcopis nostris aliquan
do gratiā, ut has indulgentias una cū dedicationibus reuocent,
& nō sinant diabolū etiam de cæde nostra nobis illudere, cui ni
mis fuerat permisum, quod erroribus nos illuderet. At hic mihi
obijciuntur, receptae illæ pegrinationes ad S. Petrum in urbe, ad
S. Iacobum, ad Hierusalem, ad Treuerim, denique in diuersa loca
ad honorandas reliquias sanctorū & indulgentias obtainendas;

Respondeo. Non peccaret, qui omnes eas omitteret & domi
manceret, non præceptæ sunt, sed uoluntarie assumptæ. Tamen
ego non resistā tanto iam usui & consuetudini præualidæ, eant
fane qui uolunt, dum modo id discant, sese interim eisdem sum
ptibus posse incōparabiliter melius deo seruire, & salutem suā
operari, si domi seruant pauperibus, immo sibi cōmissis, ut u
xori, filijs, familiae, dominis, deinde si flagella dei patienter tolle
rint, & quascunque aduersitates. Quasi uero nō satis nobis pugnē
relictum sit domi cū diabolo, nisi & foras cum Dina egressi plus

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

occisionū corruptionis quæramus. Quanti enim resistūt cauila-
tionibus & curis, quibus in domestica ecclesia impugnat cora-
da nřa: deinde crapulis, lusibus, & otijs p̄ omnes dies nos texat
oia tentans, ne purus sit apud nos dei cultus, & integrā salus nřa

Id quoq; nuper inuentū est a nostra philargyria, quod septem
aureæ missæ (scilicet ab aureo nummo sic dictæ quo persoluun-
tur certis cereolis, certisq; alijs ritibus celebratur, nescio pro quo
certissimo euentu. ita iniquissimus hostis, nec hoc saltēm sacri-
ficium nobis reliquit syncerum.

Quid si saccus ille avaritiæ pertusus & insatiabilis huc pertine-
at: ubi ad structuras ecclesiæ offert, mendicatur, corradiet thesau-
rus sine fine, & reliquijs & indulgētijs in hanc rē uaferrime utū
tur, ut ubi cōgesta fuerit pecunia, nec structuræ, nec paupib⁹, sed
p bello, aut litib⁹ uel p̄sensib⁹ expendant uel futuris reseruen-
t.

Sic enim & clavos Christi fecerūt avaritiæ ministeriū, tamen
sub sanctissima pietatis specie, ut aureos & argenteos nummos
perforent. Cur si sola deuotio quæritur, nō potius papyrus aut
tabulam perforant? Sed quid ego Lernā avaritiæ in ecclesia de-
scribere tento, de qua propheta ipse desperans, omniaq; in unū
concludens dixit. Omnes sequuntur avaritiā a maximo usq; ad
minimū. Sit tandem summa summag, Omnes hijs sanctorum
cultores contra hoc primū peccant præceptum, qui nō quæ dei
sed quæ sua sunt, in ipso etiam deo & sanctis eius quærunt, sunt
q; sibi ipsis huius operis sui ultimus (ut dicitur) finis, & idolum,
utentes deo, fruentes seipsis, de quibus potest illud dici Psalmo.
lxxvij. Cum occideret eos, querebant eum & reuertebantur, &
diluculo ueniebāt ad eum, & rememorati sunt, quia deus adiu-
tor est eorum, & deus excelsus redemptor eorū est, sed quo cor-
de id fecerint, sequitur, & dilexerunt eum in ore suo, & lingua
sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum nō erat rectum cū eo, nec
fideles habiti sunt in testamento eius. Et illud Christi, Iōan. vi. A
men dico uobis, quæritis me, non quia signa uidistis, sed quia
manducasti & saturati estis. Eadem causa & illum repulit, qui
dixit, Magister, sequar te, quocūq; ieris. ipse uero, Vulpes, inquit,
foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis nō
habet ubi caput suum reclinet, scilicet ostendens, quod non pro-
pter Iesum tantū, sed propter suam cupiditatem hec dixisset ille.

R. P. MARTINI LUTHERII DE X. PRAECE,

Stat ergo sententia fixa, *Qui uult uenire post me, abneget, nō pecuniā, nō uestē, nō deniq̄ sanitatē, sed seipsum, & tollat crucem suā & sequatur me.* Item, *Qui nō renunciauerit oībus quae possidet, nō potest esse meus discipulus.* Itē, *Qui non odit patrē & matrē, adhuc aut & animā suā, nō pōt meus esse discipulus.*

Porro cū illi etiā corpus suū querāt, & quae corporis sunt, certum est, quod non sunt digni Christo, sunt tamen digni aliquibus donis mercenariorū, sicut filij Abrahæ ex Cetura, sed nō hæreditate cū Isaac. Si autē non sunt digni Christo, clarū est, quod non faciunt uoluntatem eius, ergo nec seruāt mandatum eius.

Non hæc dico, quod uelim omnes esse damnatos, qui tales sunt, sed ut discant solū suam miseriā, & non sese ideo Christianos esse confidāt, qui sic honorant, & colunt deum, & sanctos, īmo imperfectū suum uidētes intelligāt, quid ille gemitus significet, quem nos Christus docuit cōfiteri, deinde iussit orare nos, *Dimitte nobis debita nostra.* Et, *Fiat uoluntas tua, &c.* quia scilicet tales non sumus, cū tamen esse debeamus. Ideo si consiliū dei liceat capere, non ista bona dat ut ihs uelit satiare, sed magis irritare paruis his ad maiora perēda, uel ipsoſ imperfectos, uel falso filios ſuos, qbus talia nō tribuit. Et hæc sat ſint de hac materia.

Verū ne Pighardi hæretici infœlices, ſuas partes a me adiutas confidāt, qui præ nimia ruditate nobis Teutonicis (ſupbifſimo fastidio indignati) impoñūt, qđ sanctos dei colamus, & idola faciamus, & ideo cōtra nos aceruū uersuū scripturæ cōgregant, in quibus prohibet, ne adoret qs niſi unū deū, & ut nobis apud ſuos iuſtissimā inuidiā conflare uideat, inſidiosiſſime omittūt qđ ſcribit rex Dauid & Salomō & multi alij adorati, ſiml' impij perueſores scripturæ, & ſubdoli calumniatores noſtræ pietatis. Ita enim rustici illi nos tandem docent, quod ſolus deus ſit adorandus, & gloriantur, ac ſi nos idipſum negauerimus unquam cum tamen negare nō poſſint, frequenter aulicos regios honoriari, ac uelut adorari, ut facilius ad regem perueniaſ. Propter horum itaq̄ rudifſimā & inſulſimā rusticitatem. Dico ego, ad sanctoꝝ ſuffragia recurrendū omni modo, ſicut in Iob dicitur, & ad sanctorum aliquē conuertere. Et ſicut Salomon ſuum p̄trem allegat, *Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Sed & Iacob patriarcha dixit de Ephraim & Manasse,

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

Inuocetur nomen meum super pueros istos, & nomina patrum
meorum Abraham & Iaac. Sed de ipsis suo tempore, si deus uulet.

Hic fiducia quoque indulgentiarum taxanda fuisset, nisi iam plus
satis illa, multis modis a me taxata esset.

N V N C de altera specie transgressionis dicendum, scilicet eorum
qui pro uero deo, idolum sapientiae & iustitiae suae colunt. Hi sunt
filii superbie, quorum rex, Behemoth ille diabolus, uocatus a deo, lob
xli. Horum est libero arbitrio confidere, non esse male habentes, non
egere medico. His solis Christus gratis est mortuus, quia sine ipso
potest bene uiuere. Sic olim Pelagiani principie, deinde haeretici oem
predicati sunt. Porro hodie quoque sunt, qui Pelagiani quidem non sunt
sapientiam tamen idem uel peius, quam Pelagiani. Nam Pelagiani deo
saltet id tribuerunt, quod per doctrinam legis, eruditum liberum arbitrium.
Hi uero habent dictamen rectae rationis, quae deprecatur
ad optimam, ut legis eruditio, non pro necessitate, sed pro commo
ditate tantum utantur, dissentient tamen a Pelagianis, quod sine Christo,
non posse bene uiui meritorie concedunt, & ita Christus non
est mortuus propter peccatum, sed propter non meritum. Non fuisset
necessus eum mori, ut inferni penas solueret, sed tantum ut me
teri celum contingat. Nam sive parvulum adolescere sine pecca
to mortali actuali (id enim & si difficile, tam afferunt possibile) huic
non est necessarius Christus redemptor de potestate diaboli, sed ad
iutor duxat ad celum, quia si is moreret, nec ad infernum, nec coe
lum ueniret. Quia theologia mihi uidentur afferere, nemine nasci
filium irae & filium diaboli, nisi filium irae, diaboli quod dixeris, id esse quod
non meritorum. Et dum sacerdos exsufflat Saranam in parvulis batizans,
ut locum det spiritui sancto, intelligitur, solu facere, ex uase non
meritorio, meritorio, sic enim uasa irae Apostolus cogiturn nunc
demum intellexisse. Et Baptismi sacramentum confert gratiam non in
remissionem peccati, sed initium meriti duxat, & illud symboli,
Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum, noua glossa
oportet intelligi, non de peccatis damnationis, sed de peccatis non
meritorum. Ac sic peccatum originale nullum damnum intulit mundo,
nisi quod priuauit merito & uisio dei. Et ea priuatio uisionis,
id est, oim bonorum, non est malum, nisi uoce tantum, scilicet priuati
ue. Sic enim Theologizamus hodie. Et Christus pro nobis factus
maledictum & peccatum, ut de maledicto & peccato nos liberaret,

a

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

non aliter intelligitur, quam quod est factus non meritoriu, ut de non meritorio nos liberaret, deniq; uocabulum illud, peccatum, per totam scripturā, nouā accipiet significationē, id est scriptura induet confusionē. Sed mittamus has tenebras, alijsq; tépori reseruemus, quia & alias s̄epissime de his diximus & egimus

Igitur, sicut supra diximus, Cū simus iuxta B. Augu. una massa perditionis, nemo iustificatur, nisi per purā sine meritis gratiam Christi. Ideoq; necesse est, ut superbiat, sibiq; aliquid esse uideat, qui nondū de se, sua ratione, pia intentione, suis operibus internis & externis desperauit, & ad thronū gratię tremens & miser accessit. Nam oēs illæ uirtutes morales, & scientiæ speculatiuæ duplo malo conficiunt hominem. Primo, quod nō sunt ueræ uirtutes & scientiæ, sed peccata & errores, quia siūt necessario ex cor de malo, & nondū sanato per gratiā, qđ nō potest nisi seipsum quærere in oībus, & sic faciunt hominem uacuum & inanem.

Altero, quod fallunt & inflant, ut homo sibi non malus nec stultus uideatur. Quibus sit, ut sit securus, & nihil, uel minus sollicitus de gratia quærenda, dum scit se nihil mali facere, licet fasteatur se nihil meriti in tot bonis facere.

Inde procedit malū latius, ut omnes despiciat, iudicet, damnet mordeat, zelet, arguat, detrahat, qui sibi dissimiles fuerint, quia cum pharisæo non est sicut cæteri hominum, nec unus ex ipsis.

H̄i sunt qui domum suam super harenam ædificant, horrendo periculo & æterna ruina castram.

Veri autem serui iustitiæ, sciunt & confitentur se totos esse peccatum, totumq; suum bonum, non intra se, sed extra se, in deo & misericordia eius situm esse uolūt, quia iustus ex fide uiuet. Non autem iustificatur in conspectu dei omnis uiuens. unde suis malis pressi, neminē iudicant, nisi seipso. nulli detrahūt, neminem contemnunt, nisi seipso. & implent hanc diffinitionē iustitiæ, Iustitia est accusatio sui in principio, & iustus primū est accusator sui. H̄i habent uere unū deum, ex quo, per quem, & in quem iustificantur, & sunt sine peccato per misericordiā dei ignoscētem, non per suam iustitiā operantem. Sic glorificatur deus, & colitur uere, dum eius operibus tribuitur quicquid sumus, imo dum opera nostra non sint nostra, sed dei, sicut Christus ait, Doctrina mea non est mea, ita nihil nobis relictum est, nisi peccatum,

PETRIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLARES.

Stultitia, malitia, perditio, & confusio, ac per hoc non possumus nobis in ullo placere, aut idolum facere, redacti in nihilum, ex quo & uenimus, remanente solo deo, omnia in omnibus.

Sed quando haec dicimus, obijciunt, ergo non sunt facienda bona: Sicut Apostolo quoque, haec ipsa docenti, obijciebantur, faciamus mala, ut ueniant bona, quorum damnatio iusta est.

Ideo illis respondendum, Primū, quod non prohibentur, sed quā maxime docentur bona fieri, controuersia duntaxat in uocabulo bona consistit. Nam sine fide impossibile est placere deo & omne quod non est ex fide, peccatum est. Illa sane bona, quae illi nocat, naturaliter & moraliter facta, ideo sunt mala coram deo quia non sunt ex deo, nec propter deum, id est, non cognoscuntur nec refertur in deum, sed homo sibi ea tribuit, & in eis tanquam suis, placet, cum non sint sua. Illud enim additamentū Leviathan, facit, ut omnia sint apud deum mala, quātumlibet speciosa sint coram hominibus, unde Paulus libera uoce tam super gentes q̄ Iudeos clamat, Non est iustus, non est qui faciat bonū omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Ut autem homo agnoscat opera sua esse dei solius, gratia eum illuminat, natura non docet. Inde fit ut talis homo sit patiens & mitis, siue uituperetur siue laudentur eius uerba & opera, sciens, quia nihil amittit, cū non sint sua. At natura surit, ubi uituperat, & insanit, ubi laudatur. Ratio omnium est, quod fides & spes non habet aliud fundamentū, nisi solum deum Iesum Christum, petram ipsam, & nullam prorsus creaturam. Ratio autem & natura habet fundamentū harenam, opera sua bona & sapientiam suam. Inde fit ut homo ruenibus suis operibus bonis, si per diffamiam, irascat, si per conscientiæ & iudicij diuinī reuelationem, desperet in eternū. Iustus autem etiam si cadit resurgit, & contra conscientiam, in dei misericordia nititur, sicut scriptum est, Quoniā rex sperat in domino, in misericordia altissimi non cōmouebitur.

Quocirca diffinitio spei apud Magistrum Sententiarū, uel est falsa, uel est obscure, & non intelligibiliter posita, quia spes non p̄uenit ex meritis, sed contra, merita protieniunt ex spe, quia sicut fides, ita spes, ita charitas, necesse est, ut sint ante opus me titi priores. Prouenit enim spes non nisi ex miserente & infundente deo. Nec habet obiectum uel materiā seu fundamentū, aliud

a ij

R. P. MARTINI LVTHERII DE X. PRAECE

quam ipsam nudam dei misericordiam, nequaquam opera nostra, quae sunt potius obiectum, & ex quibus prouenit desperatio Christus nobis uixit, & meritum nostrum est, si credimus in eum. Credentes autem in eo, iam non sibi uiuunt, nec sua merita cumulant, sed Christo seruiunt, & uicissim Christo merentur. Sic enim Apostolus docet Roma. xiiij. Siue uiuimus, domino uiuimus, siue morimur, domino morimur, ipse spes nostra, & nos, ut ita dixerim, spes seu expectatio eius, sicut filius est spes patris, & pater spes filij, cui omnia prouidit & thezaurisauit.

Quomodo aut de superbia rerum spiritualium, dixi, ita & de corporalium rerum superbia intelligat, ut sunt diuitiae, forma, gloria potentia, fauor, genus, uoluptas & similia. In ijs enim qui confidunt, & superbis, aliosq; fastidit sui dissimiles, manifestum est, quod haec sua facit, deoq; rapit, & sibi in idola transmutat. Quæ si solius dei esse cognosceret, nō distingueret inter se, & quemlibet per dissimum hominem, nihilq; plus sese habere fateretur, nisi quod sorlus Iesus Christus eius fiducia est. Sic fieret, si hoc præceptum seruaretur, ut nulla superbia, id est, nulla radix, nullum initium peccati, ac per hoc nulla peccata essent. Sed pax, amor, mititas, largitas, patientia, & oīm uirtutū plenitudo, quod nō in hac uita sperandum est, ideo semper manemus peccatores, & huius præcepti transgressores, solo hoc sacrificio salui, quod hanc transgressionem nō ignoramus, neq; negamus, neq; cū impijs uerbis malitiae in peccatis nos excusamus, sed confitemur, & gemimus auxilium gratiae, & regni futuri accelerationē. Qua humilitate meremur nobis ignosci, in ijs quæ minus facimus, sicut B. August. ait, Omnia mandata implentur, quando quicquid nō fit, ignoscitur.

Ignoscitur aut confidentibus, quia humilibus deus dat gratiā.

Vnde cauenda est illa punitio & adulatrix glossa, imo totius humilitatis expultrix, & uastatrix, qua dicitur, Deus nō requirit hoc præceptum impleri in hac uita, facit em hęc glossa securitatem innocentissimā, dissoluit manus, & remittit genua strenuorū belatorū. Et est unum de puluillis, & ceruicalibus, quę in Ezechiele damnat dominus. Nisi sane intelligatur, scilicet, qd non requirit quidē ab ijs qui ipſi a ſeipſis requirunt eiusmodi plenitudinē, & dolent, atq; confidentur ſeſe nō implere, & ideo festinant egredi & cupiunt diſſolui, ne ſint diutiū cū peccato, & inobedientia hu-

PTIS DECLAMATIVNCVLAE POPVLAES.

ius præcepti, sed cū Christo & iustitia, & plena obedientia præcepti. Iis inq, non imputat, nec requirit. Verū qui ipsi non requirunt, & exigūt a seip̄is, sed consuunt sibi puluillos sub manibus & sine timore incedunt, certi, qd non requirant, ab ijs certe exi-
get usq; ad nouissimū quadrantein. De ihs dicit Psal. ix. Propter
qd irritauit impius deū: dixit em in corde suo, nō requiret. Qui
em nō agnoscit se præceptū nō debere, quō se agnoscet esse pec-
catorē: qui aut̄ non agnoscit se peccatorē, quō timebit deum &
iudiciū eius: qui aut̄ nō timet, quomodo humiliabitur: qui nō
humiliatur, quō gratiā consequetur: qui gratiam non conseque-
tur, quō iustificabitur, qui non iustificat, quomodo saluus erit:

NON ASSVMES NOMEN DOMINI DEI TVI IN VANVM.

Ocpræceptum, sicut & omnia alia, fluit ex primo, seruato
H enim primo, & hoc facile seruat, imo seruatū est. Quia
ideo ponitur, ut cæcitati nostræ manifestetur insipiētia no-
stra, cum nō esset necessariū, si Adam sterisset, omnia em illa sci-
uissemus. At nunc nec ipsa scimus, quæ necessaria sunt foris fieri
nedum intus. Igitur in primo præcepto, cor & interior homo
erga deum institutus est, in hoc os instituitur. Tribus em rebus
peccamus, corde, ore, opere, cōtra deum, ideo super singulo, sin-
gulum est præceptū, & sunt omnia tria negatiua, siue prohibiti-
ua. Nec est in toto decalogo, nisi unum præceptū affirmatiuum
scilicet, Honora patrem & matrē &c. Nam tertium, qd est, Sab-
batū sanctifices, ipse dominus exponit negatiue, dicens, Non fa-
cies omne opus in eo, quod & nomē indicat, sabbatū, id est, re-
quies, id est, uacatio ab operibus. Nullum em opus in illo præci-
pit, unde & solū lectioni legis intendebant illo die, Igitur ma-
lum in omnibus prohibet, ideo & nullū aliud habet promissio-
nem, nisi unum, scilicet affirmatiū de honore parentum. Cæ-
tera uero, quia malum prohibent, pœnam minantur.

Ideo, sicut qui corde non peccat, nec ore, nec opere peccat.
Ita qui corde peccat, nec ore, nec opere iuste facere potest.
Qui primū præceptū nō seruat, nec secundū, nec tertius seruat.
Qui uero primū seruat, & secundū & tertius seruat. Non em
est metuendū, qd qui in deū suā fiduciā posuit, deū super oīa dili-
git, sperat, querit, silit, nomē eius in uanū & irreuerenter nomi-